« *Haec,* » *demonstrativum* sequentium. « *Divino carmine,* » vaticinando, *vel quia divina* canebat (au-dessus : *ad* [?]) partem vaticinabili, divinabili *vel* divinaticio ; praesagum enim sive praedicens *atque divinum* Lini carmen. *Quare* « pastor? » *Quare, nisi quia poeta se pastorem,* id est || Linum *voluit* introducere ? In bucolico *erat* carmine ; propterea finxit Linum pastorem fore. *Cujus* carmina, *cum ipse deus,* divina ; *inde :* « *divino* carmine. » || « *Ornatus,* » compositus, politus, comptus. *Nominativi cum accusativo* supra dicta *constructio. In quo* corona *de* « floribus *et* apio ». « Amaro, « epiteton apii naturale. || « Ornatos *habens* crines *de* corona *quae* de « floribus *et* apio amaro ». *Quare de* « apio amaro » ? *quia apud veteres haec* coronae *species erat* in agone, *sed* in Nemeo || agone, *qui in honorem* Arcemori (au-dessus : *qui fuit* filius Lini) institutus *est. Quod* genus coronae, *ut quidam volunt, in* indicium mortis *est electum ; vel, ut* alii, *ut ostendat* Arcemori || luctum, *vel quod* supra *hanc* herbam reptans puer *a* serpente extinctus *est. Cujus* in agone *specialiter* apio coronantur *poetae.* || *Igitur* coronatus corona apii, *vel ut ostenderet se* in agone Arcemori, *vel ut* ea indicium *mortis* Arcemori, *aut ut ostenderet eum* in luctu || Arcemori, *aut quod supra hanc* herbam reptans *puer* extinctus sit.

v. 69-71. « Dant *tibi* », *o* Galle, *qui ?* « *Musae* ». *Quid ?* « calamos ». « En accipe ». || Quos ? *eos,* « quos *ante* seni Ascreo ». *Sub-audis* per « dant » « dederant ». *Vel* aliter *ut* « *en accipe* » *per* parenthesin. « *Dant* », tribuunt, largiuntur, || concedunt. « Calamos », *pro* fistula, *ut* retro [1] : « *Nec* calamis solum aequiperas » ; *per* metonomiam (au-dess. : fistula *est* tota, calami *pars* ejus.) « *En* », *demonstrandi adverbium.* « *Accipe* », cape, *sume, suscipe,* || apprehende. « *Musae* », Nymphae. « Ascreo », Hesiodo, ab Ascro Boetia evico *ubi* ille. « Ante seni », *quid est hoc? Quis ante* senex ? una vice || convenit (au-dessus : quemquam) senem esse, *neque nobis* plus. *Cur* ante seni ? *Secundum* fabulas Ascreus *iste, dum* pasceret pecus in Parnaso monte, raptus *est* || *a* Musis *et* factus munere calamorum (au-dess. : fistulae) *poeta* (au-dessus : *hoc illi dederunt* in munere). Cui *Musas* bis praestitisse fertur pueritiam, *inde* poeta : « ante seni ». *Similiter,* sicut *iste* || raptus *a Musis et factus* in munere *poeta* calamorum, *ita, dum* errabat Gallus *ad flumina* Permessi, ductus *ab una Musarum ad* ceteras *Musas* || *et factus poeta* calamorum in

(1) *Egl.* V, 48.

munere. *Qui* elegos scripsit *et fuit* praepositus *ad* exigendas pecunias. *Quaeritur si* ipsa fistula sit Gallo || data *quae* fuerit Ascreo ante seni. *Quomodo* aliter, *cum* « hos *tibi dant* calamos *quos* Ascreo *ante* seni », *per* synedoche, *a* calamis *ipsa* ars musica. || *Igitur* « *hos tibi dant* calamos *quos* Ascreo *ante* seni » *est* : « *hanc tibi dat* (1) *artem* musicam *quam* Ascreo ante seni ». (espace blanc). « Solebat (deducere » ajouté au-dessus) *quis ?* « *ille* ». *Quis* « *ille* » ? Ascreus. || *Quid ?* « rigidas ornos ». *Unde ?* de « montibus. » Qualiter ? « cantando ». *Cum quo ?* cum « quibus », *aut a* « quibus ». *A* « quibus » usu habebat ; solitus *erat* || Ascreus ducere, trahere, inducere, minare *quid ?* « rigidas ornos, » inflexibiles, duras, lapidosas. « Ornus », *arbor*. *Unde ?* de « montibus ». || *Qualiter ?* « cantando », *vel dum* cantabat, *vel dum* cantabatur. *Quid in hoc ? Quod* ille *tam potens* in calamis, *id est in dono quod* dederant illi *Musae*, *ut* eo de montibus || arbores inflexibiles *et duras* duceret *secum*, *et* illae sequerentur *eum pro sui* dulcedine cantus. « Ornos rigidas », *per* synedoche *pro omnibus* || arboribus montium rigidis. *Cur hoc ? pro* laude *et* augmento doni *tam* Ascrei *quam* Galli, *sed magis pro laude et* augmento doni Galli, *quoniam* || Ascreus *ejus causa* introductus.

v. 72-73. « Dicatur » *quis ?* « *origo* ». « *Tibi* », (au-dess. : *id est* a te). *Cujus ?* « Grynei nemoris », *Qualiter ? cum* « *his* ». *Quare ? ut non* « sit » *quis ?* « aliquis lucus || *ubi* jactet *se plus* » *quis ?* « Apollo ». « Dicatur tibi », *ex antiqua constructione*, *ut : videtur mihi, cernitur mihi.* « Dicatur, » laudetur. « *Origo* », initium, prosapies, radix. || « *His* », *quid* subauditur ? calamis. « Grineum nemus » *est in finibus* Ioniis Apollini *consecratum*, *in quo* Calcas *et* Mopsus dicuntur *contentionem* || *habuisse de* peritia *divinandi* (aj. en clair au-dessus), *et cum* de pomorum *arboris* cujusdam *contenderent* numero, stetit gloria Mopso ; *cujus dolore* interiit || Calcas. *Hoc autem* Euforionis *continent carmina*, *quae* transtulit Gallus in latinum. *Unde est illud ubi in fine* (2) Gallus *loquitur* : (au-dess. : « Ibo *et*) Calchidico » *et* cetera. || Calchis *enim civitas est* Euboae, *unde* Euforion fuerat. Grineum nemus *est in finibus* Ioniis Apollini *a* Grino *ipso consecratum*, *vel a* Grina, || Moesiae civitate, *ubi est* locus *arboribus multis*, jucundo gramine floribus*que variis omni tempore* vestitus, *abundans etiam* fontibus. || *Quae* civitas *nomen accepit a*

(1) Pour *dant*.
(2) *Egl.* X, 50.

Grino, Euripili filio, *qui* regnavit in Moesia, *qui adversus* Trojanos *Graecis* auxilium tulit. Euri || pilus *namque* filius Telepi, Herculis *et* Auges filii, *ex* Antioche Laomedontis filia, *fuit*, *qui* Grinum procreavit. || Is *cum* patris occupasset imperium *et* bello a finitimis temptaretur, Pergamum. Neoptolemi *et* Andromaches || filium *ad* auxilium de Epiro provocavit, *a quo* defensus victor duas urbes condidit, unam Pergamum *de nomine* Pergami, || alteram Grinum *ex* responso Apollinis. *In hoc* nemore Calchantem vites (répété par le scribe) serentem *quidam* augur vicinus || praeteriens dixit errare, *non enim* fas *esse* novum *vinum inde* gustare. At is, opere absoluto vindemiaque || *facta*, *cum ad* caenam vicinos *eum-que ipsum* augurem invitasset, *protulit* vinum *et*, *cum* diis libare in focum vellet, *dixit se* || *non* solum poturum, *sed etiam* diis daturum *et* convivis. *Cui ille* eadem *quae* ante *ei* respondit ; *ob hoc* deridens || *eum* Calchas adeo ridere *coepit ut* repente intercluso *spiritu* oculum (1) abiceret. Varro ait vincla de || trahi solita, *id est* compedes catenasque *et* alia *qui* intrarant in Apollinis Grinei lucum *et* || fixa *arboribus*.

Folio 7 recto, ligne 1. Laudetur, o Galle, *a te*..... fac tu *laudem et carmina* originis « Grinei nemoris. » *Quare ? ut non sit* (mot effacé : « ne ? ») *enim ut non* || aliquis « lucus ». *Ecce quod* lucus *pro*..., *unde quod et* lucus *pro* nemore *et* nemus *pro* luco. « *Ubi* jactet *se magis* Apollo. » « Jactet, *exornet* (?) || erigat, ambitiose glorietur (2) ; *nam* « jacto » ambitiose glorior. *Ad sensum* : si laudaveris Grineum nemus *ejus-que originem*, *non* jactabit || *se* plus Apollo in aliquo luco *quam* in eo. In quo coaequatio. *Lauda ergo ut* nullus lucus placeat Apollini sitque in quo || *plus se* jactet Apollo *quam* in nemore Grineo. *Quidam accipiunt* plus *pro* tantum *et faciunt non* coaequationem, *sed* praelationem.

v. 74-77. « *Quid* loquar ? » *Primo sit* fabula ; || *hinc quia* levior *causa*. Scylla, Forci *et* Creteidos nymphae filia, *virgo* pulcherrima, *quam* cum Glaucus, *deus maris*, amaret amareturque || Glaucus *a* Circe *et* contempneret eam, illa irata fontem *in quo* Scylla abluebat se, tinxit venenis, *in quem cum* descenderet (correction de desceret) pu || ella, posteriore *corporis sui parte* in feras conversa *est* ; *hanc postea* Glaucus *fecit* deam marinam (au-dessus : *quae* classem Ulixis *et* ejus socios evertisse narratur.) Alii *volunt hanc* Scyllam *a* Nep || tuno amatam *et per*

(1) Pour poculum (Servius).
(2) *Nonius Marcellus* (éd. Quicherat), p. 372.

Amphitriten, *ejus uxorem*, metuentem pelicis formam, *a* venenis Circes in monstrum marinum || conversam. Altera *fuit* Scilla, (*unde quod* duae fuere,) Nisi, Megarensium *regis*, filia ; *contra* quos *cum* Minos pugnaret, victis Atheniensibus, *propter* Androgei, || filii *sui*, *mortem*, *quem* Athenienses *et* Megarenses dolo necaverant. adamatus *est ab* Scylla, Nisi filia, Megarensium || *regis* ; *quae*, *ut* placeret hosti Minoi, comam (au-dessus : auream) parentis abscisam hosti obtulit, *quam* Nisus *habebat* consecratam *utpote tam*diu potiretur || regno quamdiu eam habuisset intactam. *Postea autem* Scylla *a* Minoe contempta, *vel quod* dolore contempta esset, || *vel quasi* parricida, *a* Minoe *ad* puppim religata *est et* tracta ; *sed postea* in avem cyrim conversa, Nisus vero in || aquilam piscariam, *quae* duae aves *magna* discordia flagrant *inter se*, *ut* in Georgicis *poeta* (1). *Igitur* confundit fabulam *poeta*, || vertens *ejus ordinem*. *Non enim* Scylla Nisi in monstrum marinum *conversa*, *sed* Forci. *Unde aut nomen pro* nomine, *aut* ysteroproteron *et accipiendum* || *ut voluerit* utriusque fabulae mentionem facere. *Sed Virgilius saepe* utitur *nomini pro nomine ; aut hic ita ut* Nisi *pro* Forci, *aut* ysteroproteron, *ut* utriusque mentio || fabulae ; *sic :* « *quid* loquar ? » (au-dessus : subauditur « *ut* narraverit ») *quid?* « Scyllam Nisi, » *aut* « *quid* loquar ? » quid *sub-auditur*? eam (au-dessus : Scyllam) *quam secuta est* fama, *aut* bis « aut » *accipiendum ;* || « *quid* loquar ? » (au-dessus : scilicet « *ut* narraverit ») « *aut* Scyllam Nisi, *aut* eam *quam* secuta *est* fama. » « Vexasse » *quid ?* « Dulichias rates ». « Succinctam » *a quo* ? || *a* latrantibus monstris » *Per quid ? per* « candida inguina » (au-dessus : *vel figurata* locutio). « *Et* lacerasse a ! timidos nautas ». *Ubi* ? gurgite || in alto ». *Qualiter ?* cum « canibus marinis » (au-dessus : Si nomen pro nomine similis junctio, *tamen* una deest Scylla). « *Secuta est* ». appetiit, quaesivit,.... eam . « Fama », opinio, infamia *est*, *et* fama spes profuturi || numinis (2) ; *hic :* opinio *vel* infamia. « Candida », alba, nivei coloris « Succinctam », subtus cinctam, *sub*tus ligatam, strictam. « Latranti || bus », gannientibus. « Inguina », *pars corporis*. « Monstris », portentis, prodigiis, ostentis. « Candida inguina », *non ut* essent candida, *sed quae* fuerint || candida, *per quod* qualitas *ejus corporis*, *dum ea in se*, *id est quod fuerit pulchra corpore*. *Igitur* « succincta » *a* « latrantibus monstris » *per* « candida || inguina »,

(1) *Géorg.* I, 404-409.
(2) *Nonius Marcellus* (éd. Quicherat), p. 344.

non quae essent candida, *sed quae* fuerint candida, *verum etiam neque* tunc *vera* inguina, (au-dessus : *aut habentem* succincta inguina candida *de* latrantibus monstris.) « Dulichias », Itacenses, *a* || Dulichio monte *vel* Dulichia urbe, in regno Ulixis. « Vexasse », per tapinosin (ταπείνωσιν) (1) ; *non enim* vexavit, *sed* evertit. « Vexasse » || *est* fatigasse, infestasse, portasse ; *sed hic per* tapinosin *pro* evertisse. *Quod* Probus (2) defendit hac *ratione* : « Vexasse *enim* || vis alieni arbitrii *est*, *non enim sui* potens *est qui* vehitur. *Bene ergo* inclinatum *est hoc* verbum ; *nam qui* fertur *et* rapitur *et* || huc *atque* illuc distrahitur proprie vexari dicitur.» A « veho » *vult* Probus « vecto » *et* « vexo », *ut* « vexasse » portasse (au-dess. : sit) *et procul dubio pro suo* arbi || trio evertisse. « Rates », naves. « Gurgite in alto », (au-dess. : *praepositio ordine* mutato). Gurges *est* locus altus *in mari sive in* flumine. *Quidam* in ratibus *et* gurgite *intelligunt* || tapinosin *esse*, *ut* evertisse dicat in gurgite alto *pro mari* profundo, *et magnum* perducat *per* tapy (nosin) *ad parvum* (aj. en clair au-dess.) *id est* || *ad* gurgitem ; *ipsum* (au-dess. : tapy (nosin) *vero* sublevans addat altum ; naves *ad* rates, *sed* in vexasse tapinosis (licet Probus aliter velit). « A », interjectio *dolentis*. || « Timidos » *quidam accipiunt pro* trementes, *sed* « timidos » *naturale* epiteton *videtur esse* ; *nam* nautae *sunt semper* timentes, *neque* securi *possunt* esse ; *hinc* cernitur « timi || dos » *pro* timentes *ut* epitheton nautarum. « Canibus marinis », *hoc quod* supra « latrantibus monstris » ; *nam ejus* inguina *dicuntur* « succinc || ta canibus marinis ». « Lacerasse », laniasse, discerpsisse, concidisse. « A timidos », *bene ex persona* dolentis, *quoniam tale dolendum* (aj. en clair au-dessus) scelus. || « *Quid* loquar ? » Oratorium schema, *cum dicimus nos nolle dicere et* tamen dicimus, *ut* (3) : « Quid memorem infandos cedes, *quid* facta tyranni || Effera ». Ait *se nolle ea dicere*, et tamen dixit : *quod solet esse ut* ostendatur *ea* magnitudo velut ad eam (au-dess. : magnitudinem), *quasi* nihil sit *quod* || subsequitur, *vel quando* demonstratur *a* multitudine gravatum se fore rei, *quasi* nihil possit loqui, *quod* in bono || et contra in malo. *Quaeritur quomodo* ysteroproteron, si non *nomen pro nomine*, *sed ut* utriusque *voluerit* fabulae

(1) Cf. *Donat, Ars Gramm.* Keil, p. 395, cite Dulichias vexasse rates comme exemple de tapinosis.

(2) Citation de Probus, rapportée par Servius. cf. éd. Thilo et Hagen, III, 1, p. 80, 10.

(3) *Enéide*, VIII, 483.

mentionem facere; et semel, ut dixi, (au-dess. sit) « *aut* » || *aut* bis, *sicut* in Aeneidos I (1) non *ut* « Non ignara *mali* miseris succurrere disco ». *Quomodo? quia* postponenda fuerat Scylla Nisi, || *non* praeponenda. *Hic* praeposita; *inde* ysteroproteron. *Nam ante est* Scylla Forci *quam* Nisi conversa. *Sed quidam* ysteroproteron || *quod ante* sit « fama » *quam unde* fuerit *ea. Quod* si sit, *non solum* ysteroproteron, *si* utriusque fabulae *mentio, sed etiam si nomen pro nomine. Hoc autem non habetur* || in auctoritate. *Quid ergo? ut* sit ysteroproteron, *cum hoc* accipiendum *ut voluerit* utriusque fabulae *mentionem facere aut sub-auditur :* « *quid* loquar? »

v. 78-81. ... || Fabula *primo ut* supra. Tereus *cum* Atheniensibus ferret auxilium *ac* Pandionis, *regis* Athenarum, accepisset Procnen filiam, || *et post* aliquod *tempus* rogaretur *ab* ea *ut* accersiret Filomelam sororem *suam* videndam, profectus Athenas, dum secum veniret || Filomela, in itinere consuetudinem *fecit cum ea et* linguam *ejus* abscidit ne facinus *hoc* posset indicare sorori, *atque* reliquit || eam stabulis, mentiens eam navigio perisse. Filomela vero *hanc rem* descriptam *de* cruore *suo* in veste misit sorori. || Qua re cognita, Procne Ytin filium *suum interfecit et* patri epulandum *obtulit*. Alii *volunt* finxisse Tereum socero Procnen, *sororem* (pour uxorem) *suam*, || mortuam *esse et* petisse *ut* in matrimonium daretur *ei* Filomela; quo *dolore* compulsam Procnen occidisse filium || *et* patri epulandum dedisse. Quas *cognito* (au-dessus même mot en clair) scelere *cum* Tereus insequeretur, *omnes* in aves mutati *sunt :* Tereus in upupam, || Ytis in fassam, Procne in harundinem (pour hirundinem), Filomela in lusciniam. *Tamen* quidam *dicunt* eas navibus effugisse periculum *et ob* || celeritatem fugae aves appellatas. *Aut* « quid loquar ? » *Quid* ? « ut narraverit » *quis* ? Silenus. *Quid ?* « mutatos artus. » *Cujus ?* « Terei ». || « Narraverit, » dixerit, cecinerit, sonuerit, modulatus sit. « Mutatos, » conversos, versos, translatos. || « Artus, » *per* synedoche *totus* Tereus intelligitur mutatus; *nam de* homine factus avis, *ex quo quod* mutatus *totus. Igitur* « aut » « quid *loqu*ar » || *quemadmodum* modulatus sit mutatum Tereum, *id est* in avem conversum; *nam, ut* fabulae habent *se*, upupa factus *ille*. « Terei, » || sineheresis, *ut* « Promethei. » « *Quid* loquar » (au-dessus : « ut narraverit » *sub-auditur*.) *Quid?* « dapes pararit. » Quas ? « quas *illi* Filomela. » « Pararit, » *per* syncopam *pro* paraverit. « Dapes, »

(1) *Enéide*, I, 630.

|| escas, cibos, epulas. « Pararit, » praeparaverit, composuerit, exhibuerit ; *quod* de filio *quem* obtulit epulandum Tereo. Sicut || superior versus de conversione Terei, *ita* sequens *de* dapibus filii. « *Quid* loquar » au-dessus : « ut narraverit » *dona quae* pararit » *quis ?* « Filomela. « *Cui ?* « illi ; » || *hoc* de capite *et* pedibus filii *quae* optulit uxor satiato Tereo. « *Dona,* » munuscula, *munera.* « *Quid* loquar *ut* narraverit » *quid ?* || « quo cursu petiverit » quis ? « Tereus : » quid ? « deserta. » « Cursus, » velocitas pedum ; « cursus », volatus ; « cursus », navigatio (1). || « Deserta, » abdita, *derelicta*, inculta, silvestria. « Petiverit, » quesierit, appetierit, adierit. « Cursus, » *quia* deserta poterat || *ad hominem* referri, *sed magis* ad avem expedit intelligi. Ut sit : « *Quid* loquar *ut* narraverit » *cum quo* volatu « petiverit Tereus » *quid ?* || « deserta. » *Quare ? quia* sequitur. « *Et quid* loquar *ut* narraverit » *cum* « quibus alis » supervolaverit « ante infelix » *quid ?* || « sua tecta ». « Infelix », *sine* felicitate, *sine* beatitudine, miser, debilis ». « *Sua* tecta, » *suas* domos ; « Volitaverit, » *frequenter* || volaverit. *Dicitur enim quod* tribus diebus frequenter volaverit *super sua* tecta infelix ; *nam* infelix, *cum* de homine avis ; || *postea quod* petierit volatu deserta ; *ergo pro amore* volitavit *super sua* tecta. *Inde quasi* invitus petiit deserta, || *si* ante *super sua* tecta volitavit avis ; *procul dubio* deserta petiit avis ; *pro quo* « cursu » pro volatu *debet* accipi. || *Quidam* « ante » *ad* tecta ducunt, *ut :* « quibus alis volitaverit *super* tecta ante *sua.* » *Quaeritur cur* dicat dapes Filomelam || parasse, *cum non* paraverit illa, *sed* Procgne. *Cur ? aut* abu(t)itur *nomine pro nomine suo* more, *aut* imputat *ei* || *pro* qua factum *cernitur esse.*

Folio 7 verso. ligne 1. *Hic quidam* codices : « Athlanta, Yppomenes, Gallus, Linus, Permessus, Passiphe, Pr(oetides ?) »... *quidam ante : « quid* loquar ? » || *Quod* dictae rei recapitulatio, *quae* in neutro *debet esse,* nisi *ponenda* sit recapitulatio in contextu *quasi* historia. *Hoc autem non recipit* || auctoritas. *Tamen* in quodam expositore *Virgilii* reperitur *ante « Quid* loquar » ; *etiam et juxta* Phetontides Melampus, *sed* in eo *quod suum erat* exponere || Virgilii *autem* historia *per se debet esse ; igitur juxta* « supervolitaverit alis, » *autem* interpositione aliqua.

v. 82-84. « *Omnia* » *et* cetera. « *Canit* » *quis ?* « *ille.* » *Quis* « *ille ?* » Silenus. || *Quid ?* « *omnia.* » *Quae* « *omnia ?* » « *quae* audiit quondam » *quis ?* « *beatus* Eurotas. » *Qualiter ?* « medi-

(1) *Nonius Marcellus* (éd. Quicherat), p. 277.

tante Phoebo; » *quem quidam volunt septimum* (s.-ent. probab. : casus). « Quondam » *quidem et ad* « audiit » *et ad* || « meditante Phoebo » *potest referri*. « *Et jussit* » *quis*? « Eurotas: » « ediscere » *quid* ? « lauros : » (espace blanc) *cujus* ? *cujus nisi suas* ? (au-dessus : id est « Eurotas. ») « *Omnia*, » *cuncta*. « Phoebo, » Apolline. « Quondam, » olim. || Meditante, modulante, canente, *reboante*. « *Beatus* », *felix*, *dulcis* (au-dessus : .....). « Audiit, » accepit, sensit, *intellexit*. « Eurotas, » fluvius Laconum. « *Jussit*, » imperavit, || praecepit, injunxit. « Ediscere, » *valde* meditando consequi (1). « Laurus, » *arbor*. « *Canit*, », modulatur, cantat. Silenus *canit ea cuncta*. « *Canit* » *enim* praesentis || *temporis*. Ait *quae* audiit *aliquando beatus* Eurotas, *dum* meditabatur, modulabatur Apollo, *et omnia quae* audita *ab* Apolline *jussit suas* lauros medi- || tando *valde* consequi. « Eurotas » fluvius *est* Laconum, *ubi namque* Apollinis *templum*. *Quem* fluvium *dicitur* Apollo dilexisse *propter* yacinctum (au-dessus : *qui* nascitur *circa eum*) ; *at ex re* (?) || *cujus* lauris *plenae sunt* ripae. *Quidam accipiunt* « Eurotas » *pro* « numen fluvii, » lauros *pro* « vates ejus. » *Igitur* canit *ille omnia quae* audiit (au-dessus : quondam) numen *beati* flumi || nis Laconiae, *dum* meditabatur Phoebus, *et ea cum* studio *jussit* meditando *consequi* (ajouté en clair au-dessus) *suos* vates ; *vel sic* (?) *vel ut ante*. Numina videlicet *fluminum* || *sunt secundum* gentiles *quae apparent* (?) *in propria specie sive* loquntur *atque* praedicunt *multa*.

v. 84-86. « Referunt » *quae* ? « valles pulsae *ad sidera*. » *Quid*? (au-dess. : *quid*) *nisi omnia quae canit* ille ? || « Referunt », ferunt, *vel* perferunt. *Tamen* in *subsequenti* (aj. en clair au dess.) alias « *referre* ». « Pulsae », ictae, verberatae, tactae. *Quo*? « *ad sidera* », *id est ad caelum*. *Qualiter ad caelum* ? *per* echo. || *Per* echo porro *ferunt*, *perferunt* « ictae valles *ad sidera* » *quae canit* Silenus *omnia*. *Quanto tempore* (au-dessus : « *referunt* ? ») « Donec *jussit* cogere » *quis* ? « Vesper » ; *quid* ? || « oves »; *cui* ? « stabulis ». « *Et donec jussit* » *quis* ? « Vesper » ; « *referre* » *quid* ? « numerum ; » *cujus* ? ovium. « *Et donec* processit » *quis* ? « Vesper ; » qualiter ? « invito || Olympo ». « Cogere » colligere. « Donec », quousque. « *Oves* », *greges*. « Stabulis », ovilibus, septis. « *Referre* », recensere. « *Jussit* », imperavit,= preacepit. « Invito », nolente. « Olympo », *caelo*. « Processit »,

(1) *Nonius Marcellus* (éd. Quicherat), p. 321, à propos de Discere : Discere est ignotam rem meditando assequi.

accessit, advenit, ortus *est*. Laudatur in tribus voluptas || cantilenae Sileni *atque* cantus : in vallibus, *quod* talis *delectatio* cantus *sive* ipse (au-dess. : cantus) *quod* « *referunt* » *per* echo *ipsae* « ictae *ad sidera* ». || *quasi* delectatione plenae laetando. *Duobus in versibus* sequentibus *laudatur* voluptas cantilenae Sileni in duobus : *in eo quod* invitus *et* || *nolens* recessit *dies, et in eo quod, pro* nimio *amore* Sileni cantilenae, « processit Vesper ». Vesper *quasi* ante *tempus* osten || ditur nasci *pro amore* nimio Sileni cantilenae ; tenebatur *enim quod nisi* oriretur *ante* ; *dies nolens et* coactus recessit ; || *tantum* delectabatur cantu Sileni *ut* recesserit coactus *neque volens. In quibus* duobus *laudatur* voluptas cantilenae Sileni. || In : « cogere *donec oves* stabulis *numerum-que referre* », (au-dessus : *id est* : numerare) *et in subsequenti, tempus quo* fuerit cantilenae *finis etiam-que* laus *solis cujus* claritas tanta || *ut* laetetur *ea* Olympus. *Enimvero* inchoavit mane, cecinit*que usque ad ortum* stellae *quae dicitur* Vesper, *id est usque ad noctem. Bene tempus demonstrat quo fuerit finis* || *et, ut* in initio, facit *in fine esse quae conveniunt* bucolico *carmini sunt-que* illi. *Sit ergo finis.*

APPENDICES

I

NOTICE SUR LE POÈTE JUVENCUS.

A la suite d'un article intitulé : « Die Berliner Centones der Laudes Dei des Dracontius[1], » Wilhelm Meyer a publié en 1890 deux facsimilés d'après un manuscrit de Berlin (Codex Meermann-Phillipps 1824) du IXe siècle, conservé avant 1764 dans le collège de Clermont à Paris. La page la plus intéressante (fol. 7 v°) contient, en caractères tironiens, une véritable notice sur le poète chrétien Juvencus, que Wilhelm Schmitz a déchiffrée[2] avec moins de succès qu'il n'avait l'habitude. Dans le texte, que ce vieux spécialiste avait transmis à W. Meyer, beaucoup de difficultés n'ont pu être surmontées, et les lectures données sont souvent fautives. Ayant trouvé le moyen de lire autrement une cinquantaine de mots, nous publions ici notre transcription.

Juvencus nobilissimi generis Hispanus, presbyter tam corporis quam animi, composuit hunc librum (h)exametris versibus colligens ex quattuor evangelistis, Matthaeum scilicet, Marcum, Lucam || *et Johannem. Quamvis ipsi diverse fuerint* locuti, *iste tamen unum atque idem locutus* (pour *locutos*) *fuisse demonstrat. Floruit namque temporibus Constantini. Namque ut hoc* || *laboribus perficeret invitatus est a veteribus auctoribus,* qui *veteres auctores, magnum ingenium fructi,* libros non *ob aliud quam ut gloriam nominis sui et memoriam* || *perennem habuissent composuerunt. Ex* quibus *apud Graecos ortus est* Omerus *qui dicta* itinera *sive gesta virorum Dardaniae in sua lingua (h)exametris versibus composuit.* || *Fuerunt etiam multi* traici *qui luctuose carmen composuere. Iste quoque bonus vir, videns eorum historias et eorum carmina non in honore Dei omnipotentis* || *esse compacta et nihil aliud in eorum dicta ad*

(1) *Sitzungsberichte der Berl. Akad.* 1890, p. 257 et suiv.
(2) *Ibid.*, p. 295-296.

profectum *audienti nisi laetitiam et jocularitates et fabulas, profecto edere hunc librum* || non *ob gloriam et memoriam nominis sui perennes, sed in honore Dei omnipotentis gesta* vel *facta filii sui quae per universum mundum gessit* vel *dixit, statuit.* || *Dicta autem horum quattuor evangelistarum in uno corpore copulavit ediditque hos* VIII *versiculos exponens in eis figuras quattuor evangelistarum.* || *Dicunt enim quidam auctores non compositos fore hos versiculos a Juvenco, sed potius ab aliis, eo quod non ita ut sancti patres, videlicet Augustinus,* || *Hieronimus,* Ambrosius, *Gregorius, Hilarius et ceteri, et nunc sancta tenet Ecclesia, figuras eorum exposuerit, ut scilicet Matthaeum in homine, Marcum leone, in Luca* || *vitulum, in Johanne aquila cogeret supponi* (?). *Beatus namque Augustinus parum discordans a ceteris Matthaeum in homine, Marcum in aquila, Lucam in vitulo,* || *Johannem in leone propagavit* (?). *Namque* Ezechiel *propheta vetus in visu vidisse quattuor animalia praefatur quae uticumque quattuor evangelistae manifestant* (?) *ita vidisse* || *eos sicut nunc sancta Ecclesia tenet et teneat cum venerit et erit* (?) *facie hominis et facie leonis et facie vituli et facie aquilae.* || *Et beatus Johannes in* Apocalypsi *ita ex ordine vidisse se eos profert.*

II

SERMON DE SAINT METHODIUS

ÉVÊQUE DE PATARA.

Le manuscrit de la Bibliothèque nationale *Nouv. acq. lat.* 1595, décrit par L. Delisle [1], provient de Saint-Martin de Tours. Il fournit à la fin trois pages avec des notes tironiennes. Le fol. 136 v° offrant des extraits de la vie de saint Augustin, par Possidius a été publié entièrement par M. Chatelain [2]. Le fol. 137 contient une version latine d'un sermon de saint Methodius, précédé de la préface du traducteur [3].

Amor est *karitatis* et adminiculum *pacis quae* [nostrum circa vestrum se]pius inflammat *desiderium cordis. Nam hanc* nullus || ambigat *esse dilectionem minime veram quae illud* Decalog[i implet] affectum. « *Diliges, inquid, proximum tuum sicut* temetipsum ». || Hunc *nos quoque tam divini carminis* meditantes versiculum, *optamusque vocari ipsius sanctae karitatis* consortes, *unde amore* compul || si *dilectionem vestre fraternitatis non quasi* doctiores, *sed ut vere in virtutum* tramite *valde minores et in lege divina* multumque || imperit[i]ores, *sed ut* praefatus *sum, amor* imperat *quod amatur* instat *ut maneat. Amans vero* oboediendo cervi || cem subponit, obtemperans *propter* subjectionem *sacrificio meliore ; karitas* vero urguet *nostraque humilitas aliquos vobis* api || ces *de scripturis sanctis* intimare *ob* animi *vestri desiderio* rogati, *quod nos propter oboedientiam karitatis respondimus esse futuros,* || *si* vita *tamen fuerit, in Dei* arbitrio impleturos. *Nunc vero non, ut* temere arbitremur, *a quibusdam* || *quasi nostrum aliquid inferamus, quia non desunt qui karnaliter sapientes* insultent, *etiamsi eorum* auribus aliorumque *proficiat veritatis* au || ditus, et *maxime his temporibus quibus nos*

(1) *Catalogue des manuscrits des fonds Libri et Barrois*, p. 22-24.

(2) *Introduction à la lecture des notes tironiennes*, p. 213-214.

(3) Un manuscrit mérovingien, Bibl. nat. *lat.* 13348, fol. 93 v°, contient ce même texte précédé du titre : « Methodii episcopi Patarensis sermo de fine mundi, cum praefatiuncula Petri monachi ».

conspicimus *et factis* vitiisque *constringi praesentibus* ; auribus praecipue || contemptorum *melius vel* competencius *praeteritorum doctorum seu* priscorum *Patrum* dormientiumque || *jamdudum in Christo* (1) sensibus insinuare doctrinam. *Beati igitur* Methodii *episcopi* Paterensis *ecclesie* || *et martyris dicta de graeco in latinum transferre sermonem curavi* ; *et quoniam nostris sunt* aptius *prophetata temporibus* in quos *fines saeculorum* || *sicut apostolus inquid Paulus, pervenit ut jam per ipsa quae nostris cernimus oculis vera esse credamus ea quae praedicta sunt a patribus nostris* ; *propter quod* || *magis* arbitratus *sum hunc* libellum *de graeco in latinum vertere* labrum. || *Quingentesimo anno* in eadem *prima* chiliaden *filii* Cain abutebantur *uxore fratrum suorum* in fornicationibus || nimiis; *sexcentesimo autem anno ipsius* primi miliarii stuprum *amore* fornicationis *istorum mulieres* conlap || sae *sunt vel duae et* in vesaniam versae *sunt. Nam sic viris tanquam mulieribus superegressae* utebantur *et factae sunt vere*, || clarius *ut dicam*, confusio *videntibus* et fornicationem suam *in*verecunde *comparantibus.* || Cumque comprehenderint *civitatem* Joppen, *emitt et Dominus Deus unum ex* principibus miliciae *suae* et per || cutiet *eos in uno* momento *temporis et post haec descendet rex* Romanorum et *de*morabitur *in Hierusalem* (?) 1/ septimana || *temporum et* dimidia *quod sunt decem anni et* dimidium ; *et cum* supplebuntur *decem et dimidium, apparebit filius perditionis.* || *Hic* nascetur *in* Chorozain *et* nutrietur *in* Betsaida *et regnabit* in Capharnaum *et adpellabitur* Chorozain || *eo quod* (1) *natus in ea est, et* Betsaida *propter quod* nutritus *est in ea*, et Capharnaum *ideo quod* regnaverit || *in ea. Propter hanc causam in evangelio Dominus tertio sententiam dedit dicens : « Ve tibi*, Chorozain, *ve tibi*, Betsaida, *et tibi*, Caphar || naum. *Si usque in caelum* exaltaveris, *usque in* infernum *descendes* (2) ». *Et cum apparuerit filius perditionis, ascendet rex* Roma || norum sursum in Golgotha, *in quo confixum fuit lignum sanctae crucis et in quo loco pro nobis Dominus mortem sustinuit, et tollet ipse* || *rex* Romanorum *coronam de capitae suo et* ponet *eam super* crucem *et* expandet *manus suas in caelum et tradet regnum* || Christianorum *Deo et Patri*, et assumetur *crux in caelum* (1) *simul cum corona regis. Propter quod? Quia crux in qua* pependit || *Dominus noster Hiesus Christus* (1) *propter communem omnium salutem, ipsa crux incipiet comparere ante eum in*

(1) Ces deux mots en un seul signe.
(2) S. *Matthieu*, XI, 21-23.

adventu ipsius ad arguendum perfidiam *infidelium* || *et complebitur prophecia David quae dicit* : « *In* novissimis *diebus* Ethiopia *praeveniet manus ejus Deo* », *eo-quod ex semine filiorum* || Chus et *filiae* Phol *regis* Ethiopiae *jam* novissimi *praevenient manu sua Deo. Et* cumque exaltabitur || *crux in caelo* (1), sursum *etiam tradet continuo spiritum suum* Romanorum *rex* ; *tunc* destruetur *omnis* principatus *et* || *potestas. Cum autem apparuerit manifestus filius perditionis. Est autem hic de tribu Jacob, sicut ipse dicit* Dan : *serpens in via* || accubans *in semita* momordens calcaneum equi, et *cadet ascensor* retrorsum salutare *Domini* || *sustinens*. Equos *igitur est veritas et* pietas *justorum*, calcaneum *vero* novissima *dies*, *et hi sancti qui in* eodem || *tempore super* equo, *scilicet super veram fidem*, equitantes *persequuntur a serpente sive filio perditionis*, in calcaneo || mordentur, *videlicet in ultima die*, in fantasiis *et in* mendacibus *signis quae fient ab eo*.

(1) Ces deux mots en un seul signe.

III

HOMÉLIE DU VIIIe SIÈCLE SUR LA PÉNITENCE.

Le manuscrit 611 de Berne (v. ci-après, appendice IV, 36) contient plusieurs pages d'homélies dont le texte est mêlé de notes. La lecture suivante est celle du folio 91 v°, dont les lignes 24-26 présentent quelques difficultés. (V. à la fin de cette publication les particularités tironiennes de ce manuscrit.)

..... in malo suo perinnierint, ituri sunt in aeternum Deo retribuente suppli(cium), || quod si ipsi sibi judices fiant et veluti *suae iniquitatis* (1) ultores, *hic in se* voluntariam *poenam* saeverissi || mae animadversionis (2) exerceant, temporalibus poenis mutabunt aeterna || supplicia *et lacrimis ex* vera *cordis* compunctione fluentibus restinguent aeterni ignis inceu || dia. At hii *qui, in* aliquo gradu ecclesiastico constituti, aliquod occulte crimen *ad-* || mittunt, *jam se vana per*suasione decipiunt, *si eis videtur propterea* communicare *et officium suum implere* || *debere* (?), *quod homines* occultatione *sui criminis fallunt*. Exceptis enim peccatis *quae tam* parva sunt *ut* cavere || *non* possint, *pro* quibus *ex*piandis *quotidie Deo clamamus et dicimus : « Demitte nobis debita nostra, sicut et nos demittemus debitoribus nostris », illa crimina caveantur* || *quae* publicata *suos* auctores humano faciunt damnari judicio. *Qui autem ea commiserunt et ideo* || prodere metuunt, *ne sententiam* justae excommunicationis accipiant, *sine causa* (3) communicant ; || immo vero dupliciter *contra se irae divinae indignando* (4) exaggerant, *quod et hominibus innocentiam fingunt, et contempto Dei judicio* || *abstinere se ab* altari *palam homines erubescunt. Quanto* facilius *sibi Deum* placabunt *illi qui non humano* convicti *judicio*, || *sed* ultro *crimen* agnoscunt ; *quia aut propriis illud confessionibus* produnt, *aut* nescientibus aliis quales || occulti sint, *jam in se* voluntariae *ex*communicationis *senten-*

(1) Littéralement *iniquitates*.
(2) -nes corrigé en -nis.
(3) Ces deux mots en un seul signe.
(4) On attendrait : *indignationem*.

tiam feriunt, *et*, *ab* altari, *cui metuebant*, *non animo*, *sed officio* || separati, *vitam suam tanquam* mortuam plangunt, certi *quod*, reconciliato *sibi* efficacis paenitentiae fructibus Deo, non solum amissa recipiant, *sed etiam* cives supernae civitatis effecti, || *ad gaudia sempiterna* perveniant. ¶ *Qui illi peccata aliena perniciter accusant*, *qui sua non cogitant* ; tamdiu enim *quis peccata sua*, *quae* nosse || *et de*flere *debet*, *ignorat*, quamdiu curiose *aliena considerat* ; *quod si* mores *suos ad se ipsum confessus aspicit*, *non requiret quod in aliis* || specialiter *reprehendat*, *sed in se ipso quod* lugiat (1). *Proinde fratrum nostrorum vicia non* facile *debemus accusare*, *sed gerere ut in*vicem || onera *nostra portantes legem Christi possimus implere*, *qui* utique *non accusavit peccata nostra*, *sed tulit*, *evangelista dicente* : « *Ecce agnus* (2) *Dei*, *ecce qui tulit* || *peccata mundi*. » *Itaque si ille qui sine ullo peccato fuit*, *nos peccatores ineffabili pietate* (3) *sustinuit et sustinere non de*sinit, *non interitum nostrum desiderans*, *sed profectum*, || *nec mortem peccantium*, *sed salutem*, *nos quare amplexus nostri salvatoris* (4) *et domini non sustineamus infirmus*, *cum et ipsi aut infirmi sumus et volumus a Deo portari*, || *aut*, *si sani sumus*, *possumus adhuc* fragiles infirmare (5). + Nihil *in hoc mundo* casu *aut injuste*, *sed omnia Deo jubente fiere* (6) *prudenter accipiant* (?). *Aliter intelligentes aut decipiant spem* (7) *aut arguant doloris vocatus ac diversas infirmitates quae* ..... (8) *viventes adfligunt* ; ..... || ..... *praesentibus* sequi, *sed*..... (9) *ex ipsa conditione*..... accendi corruptibiliter natis *intelligant*, *et scientes se* || *non damnari*..... *praesentium*, *sed probari*, *ex ipsa tolerantia*..... *occupationem* (10) *sibi* conparandae *patienciae* viriliter *agentes* || arripiant, *nec ipsi aliis noceant nec sibi nocere permittant*. *Et Dominus in Evangelio* (11) *praecipit*, *dicens* : « *Estote prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbae* (12) ; » || *quia*

(1) Pour lugeat.
(2) V. Appendice VI, 2°.
(3) Littéralement *pietates*.
(4) Confusion du scribe qui, littéralement, abrège *saltatoris*.
(5) Pour infirmari.
(6) Pour *fieri*.
(7) A partir de ces mots et dans les trois lignes suivantes quelques signes sont très obscurs.
(8) Peut-être doit-on lire *mortaliter*.
(9) Le signe a peut-être le sens de *pollicentur*.
(10) Pour *occasionem* ?
(11) Saint Matthieu, X, 16.
(12) On devine plutôt qu'on ne lit *columbae*.

nec simplices circum-venire aliquos *possunt, nec prudentes se circum-veniri permittunt : de cetero si in* contracto *quo-libet sive in colloquio vel in alia* || *quaqua re se decipi quisquis non* sinat, *et alium tamen ipse decipiat, is non habet prudentiam, quae salutis magis quam perditionis est causa, sed* simu || lat. *quoniam quidem hoc virtus a vicio distat.* (espace blanc). *Aut si cogitat de perditione cujusquam vel de casu..... exsatiabilis, necesse est ut prius* || *pereat ipse quam alium perdat, et ab ipso ea perditio, qua perire alium cupit, incipiat.*

..... *dire ut juste non dominum iniquitas, sed subdatur semper paupertas voluntati; nec humanis nos cogit derelictum, sed tua, quia falli non potest, gubernatione dis-positum.*

IV

LES MANUSCRITS TIRONIENS.

La liste qui suit donne l'indication, avec quelques références jugées utiles, des mss qui ont été signalés jusqu'à ce jour comme renfermant peu ou beaucoup de notes dites tironiennes.

Ils sont classés d'après leur contenu :

1° Lexiques tironiens.

2° Psautiers.

3° Textes et fragments de quelque étendue.

4° Gloses marginales ou interlinéaires et fragments très courts.

5° Tachygraphie syllabique.

Un tableau permet ensuite un coup d'œil d'ensemble sur les richesses respectives de chacune des bibliothèques d'Europe, en ce qui concerne la matière.

Il est évident qu'un pareil inventaire est forcément incomplet ; il ne cesserait de l'être que le jour où les tironianistes auraient eu la patience et le loisir de feuilleter, page à page, tous les mss latins antérieurs au XIIe siècle.

Aussi la présente publication n'a-t-elle pas seulement pour but de rassembler en quelques pages des renseignements jusqu'ici épars en beaucoup d'ouvrages et de revues ; mais elle est surtout un appel à la bonne volonté des paléographes qu'intéresse la tachygraphie latine du moyen-âge. Nous leur saurons gré, s'ils nous aident à augmenter cette liste jusqu'à en faire un catalogue véritable.

1° Lexiques tironiens.

Tous ces lexiques, excepté le 1597 A de notre Bibl. Nat., ont été publiés par W. Schmitz en deux de ses ouvrages :

1° les *Notae Bernenses* (*Beilage zum Panstenographikon*, 1874, in-fol.), qui contiennent les fragments de lexiques des mss. 358 et 668 de Berne ;

2° les *Commentarii notarum tironianarum* (Leipzig, 1893). Dans la préface de ce dernier ouvrage, p. 5-9, l'auteur donne une description résumée de chacun des recueils publiés par lui, avec des indications bibliographiques que nous n'avons pas jugé à propos de reproduire ici.

De même, la principale source où nous avons puisé les éléments de ce répertoire est l'ouvrage, si abondamment documenté, de notre maître : CHATELAIN, *Introduction à la lecture des notes tironiennes* (Paris, 1900).

Nous y renverrons donc maintes fois le lecteur en nous dispensant de transcrire ici les références que l'on y trouvera.

1. — **Berne, 358**. Partie de lexique (un *quaternio*).

2. — **Berne, 668.** Partie de lexique ; contient aussi des psaumes (v. plus loin n° 23).

3. — **Bruxelles, 9311.** Fragment de lexique ; du IXe ou Xe siècle.

4. — **Cassel.** Lexique du IXe siècle.

5. — **Genève, 85.** Lexique du IXe siècle.
Cf. CHATELAIN, *l. c.*, p. 232 et planche XVI.

6. — **Göttweig.** Lexique du IXe siècle.

7. — **Leyde, Voss. lat. O, 94.** Lexique du IXe ou Xe siècle.
Cf. CHATELAIN, *l. c.*, p. 232 et pl. XVIII.
Ar hiv fur Stenographie, 1902, p. 161 et 1905, p. 244.

8. — **Leyde, Voss. lat. Q. 93.** Lexique ; copie du 8779 de notre Bib. Nat., faite au XVIe ou XVIIe siècle.
Cf. *Archiv f. St.*, 1902, p. 172 et 1905, p. 244.

9. — **Leyde.** « Vulcanii fragmentum » ; du XVe siècle.
Cf. *Archiv f. St.*, 1905, p. 244.

10. — **Londres, Br. M., add. ms. 21164.** Lexique du Xe siècle.
Cf. CHATELAIN, *l. c.*, p. 232 et pl. XVII.
Archiv f. St., 1882, p. 13.

11. — **Paris, B. N., lat. 190.** Fragment de lexique ; du IXe siècle ; contient aussi des psaumes (v. plus loin n° 25).
Cf. CHATELAIN, *l. c.*, p. 232 et pl. XV.

12. — **Paris, B. N., lat. 7 493.** Lexique du xe siècle ; porte au dernier folio une copie d'un *prologus de vulgaribus notis* faite en 1598 par Gosselin, bibliothécaire de Fontainebleau, qui l'avait empruntée au fol. 1 du ms. 8779 (v. plus loin n° 15).
Cf. *Archiv f. St.*, 1905, p. 244.

13. — **Paris, B. N., lat. 8 777.** Lexique du xe siècle ; venu de Corbie.

14. — **Paris, B. N., lat. 8 778.** Lexique du xe siècle.
Cf. *Archiv f. St.*, 1905, p. 244.

15. — **Paris, B. N., lat. 8 779.** Lexique du ixe ou xe siècle (cf. nos 8 et 12).

16. — **Paris, B. N., lat. 8 780.** Lexique du ixe ou du xe siècle ; venu de Reims.

17. — **Paris, B. N., lat. 1 597 A.** Fragment du lexique tironien, avec décompositions des signes ; publié en 1905 dans notre *Manuel tironien du* xe *siècle* (libr. Champion).
Cf. *Archiv f. St.*, 1906, p. 273-280 et 312-320.

18. — **Paris. B. N., fr. 19 116 et 9 181.** Ajoutons, pour mémoire, deux mss. français dont le premier, le 19116, contient un alphabet tironien composé, en 1567, d'après le psautier de Saint-Germain-des-Prés (B. N. lat. 13160, v. plus loin n° 27), par Pierre Hamon (Cf. *Revue internat. de Sténogr.*, oct. 1905) ; et dont le second, le 9181, donne une reproduction, très inexacte, du même alphabet, que l'on retrouve aussi dans le *Nouveau traité de Diplomatique*.

19. — **Rome, Vatican. 3 799.** Lexique du ixe ou xe siècle.
Cf. *Archiv f. St.*, 1899, p. 189 et 1902, p. 161.

20. — **Strasbourg.** Lexique collationné par Schmitz en 1869 et brûlé en 1870. C'est le ms. A (Argentoratensis) des C. N. T., qui nous l'ont ainsi heureusement légué.

21. — **Wolfenbüttel, 2 989 (Aug. 9, 8).** Lexique du ixe siècle.

22. — **Wolfenbüttel.** Fragment de lexique ; du ixe siècle.

2° Psautiers.

Pour tous ces psautiers, v. Chatelain, *l. c.*, p. 223-226 et planches VII-XI.

23. — **Berne, 668**. (V. n° 2.)

24. — **Londres, Br. M., add. 9046.**

25. — **Paris, B. N., lat. 190.** (V. n° 11.)

26. — **Paris, B. N., lat. 1327.**

27. — **Paris, B. N., lat. 13160.** Venu de Saint-Germain-des-Prés. Cf. *Archiv f. St.*, 1901, p. 188 sqq.

28. — **Paris, B. N., lat. 17960**. Copie du précédent, faite au XVIIe siècle.

29. — **Paris, B. N., n. a. l. 442.** Venu de Montpellier.

30. — **Wolfenbüttel, 3025, Aug. 13**. Publié par Lehmann (Leipzig, 1885).

3° Textes et fragments de quelque étendue.

31. — **Bamberg, B. roy., Q VI, 32 (Theolog. 46)**. Ms de Boèce, contenant, outre des gloses interlinéaires en notes (fol. 1-21), des homélies, avec notes mêlées au texte, d'un certain Héricus d'Auxerre (fol. 41-45).
IX-Xe siècle; venu de Reims. Cf. *Katal. der Handschr. zu Bamberg*, 1er vol. 3e fasc., p. 407-409.
Archiv f. St., 1905, p. 87 (note).

32. — **Berlin, 169 (Phill. 1824)**. Juvencus, historia evangelica; Cf. p. 42 de la présente publication et cf. Val. Rose, *Verzeichniss der Handschr. zu Berlin*, t. I, p. 382.

33. — **Berne, 109**. Extraits de saint Augustin, de Salvien, du médecin Marcus et, en notes, une épigramme d'Octavianus Augustus.
Xe siècle;
venu de Saint-Basle de Reims.

Cf. CHATELAIN, *l. c.*, p. 142.
HAGEN, *progr. Univ. Bern.* 1880.
Rhein. Mus. XXXV, 1880, p. 569 sqq.
BAEHRENS, *poet. lat. min.* IV, p. 111.

34. — **Berne, 207**. Recueil de grammairiens.
Cf. CHATELAIN, *l. c.*, p. 128.

35. — **Berne, 357**. Extrait et résumé de Priscien (f° 25 et fol. 32 v°).
Cf. CHATELAIN, *l. c.*, p. 128 et planche I.

36. — **Berne, 611**. Theologica varia (VIIIe-IXe siècle). Homélies en notes aux folios 87 r° et v°, 88 r°, 90 v°, 91 r° et v°, 92 r°.
SCHMITZ a publié le déchiffrement des fol. 87 r° et v° et 88 r° dans *Deutsche Stenographenzeitung*, III, 1er déc. 1888, p. 360 sqq.; puis il a donné sa lecture des fol. 90 v° et 91 r° dans *Commentationes Wölfflinianae*, Leipzig, Teubner, 1891, p. 9-13; pour la lecture du fol. 91 v°, v. Appendice III de la présente publication.
Cf. plus loin n° 51.

37. — **Chartres, 13**. Fragment de commentaire sur les Bucoliques de Virgile.
V. préface et pages 1-41 de cette publication.

38. — **Genève, 84**. Nonius Marcellus.
Cf. CHATELAIN, *Mélanges Julien Havet*, p. 81.

39. — **Laon, 444**. Contient, au fol. 275 v°, une souscription en notes. IXe siècle
Cf. CHATELAIN, *Introd.*, p. 140 et bibliogr. p. XIV, l. 3.

40. — **Leyde, Voss. lat. F, 94**. S. Chrodegangi Metensis episcopi regula canonicorum.
IXe-Xe siècle.
Cf. CHATELAIN, *l. c.*, bibliogr., p. XIII, en bas.

41. — **Leyde, Voss. lat. Q, 98**. Saint Augustin, etc...
Aux fol. 73 v° et 74 r° se trouve un fragment de Pline le jeune (Lettres, I, 1 et partie de la lettre 2) avec notes mêlées au texte.
Cf. DE VRIES, *Exercit. palaeogr.* (Leyde, 1890).

42. — **Metz**. Charte du 27 décembre 848 [1].
Cf. *Bibl. de l'Ec. des Chartes*, XLIX (1888), p. 95-101.

43. — **Milan, Ambros. O, 210 sup.**
Cf. CHATELAIN, *l. c.*, p. 117 et 229 et pl. XIII.

44. — **Milan, Ambros. M, 12 sup.** 1° Bède, de temporum ratione, de sex aetatibus mundi ;
2° Hygin, de sideribus [2]. IXe siècle.
Cf. KOPP, *Palaeog. crit.*, I, 326.
SCHMITZ, *Beiträge zur lat. Sprach- und Literaturkunde* (1877), p. 259.
DE VRIES, *Exercit. palaeog.* (1890), p. 20-21.
CHATELAIN, *Mém. de l'Acad. des Inscr.*, avril 1903.

